



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo

Spirens., 1660

1. Quid dilatio? quotuplex? Citatoria dilatio in quem finem reo dari solet?  
quo temporis intervallo? quoties? An Iudex in omnibus causis unâ citatione  
peremptoriâ pro tribus uti valeat?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

absq; ulla lectione coniectis, inquit: Deus vos Sacerdotes constituit, & potestate affecit iudicandi de nobis, ideoque nos rectè iudicamur à vobis; vos autem nefas est ab hominibus iudicari. Quare Dei solius inter vos iudicium exspectate, & vestra iurgia ad illud examen d. vinum reservate. Ego enim si Episcopum delinquentem viderem, non solum à iudicando abstinerem; sed veste etiam mea contegerem, quoad possem.

*Sig. lib. 13. Imp. occ. Quæritur, an Dilatio- nem Iudicalem iure potuissent exigere dicti Episcopi? Consule num: 1.*

R.

Sacramento calumniæ utrinq; posito, litigatores petere solent inducias & dilationes, actor quidem ad suam intentionem probandam: reus verò ad respondendum petitioni actoris, & exceptionem si quam habet probandam. Est dilatio in genere *ex communi DD.* iustum temporis.

poris intervallum, quod ad aliquem actum judicialem commodius peragendum, actori aut reo, à lege, vel à iudice, vel ex conventionem partium conceditur: proinde aut legalis, aut judicialis, aut conventionalis. Dilationum judicialium alia citatoria, alia probatoria, alia executoria. Citatoria dantur reo ad comparandum in iudicio; qui si vocatus primò non compareat, secundò, & tertio vocandus est, iusto tamen temporis intervallum minimum 10. dierum, inter singulas citationes: quamquam sint qui existiment, 10. dies inter singulas citationes auctoritas esse ad 30. juxta *Authentic: qui semel C. quomodo & quando Iudex*. Sed hodiè quoad intervallum 30. dierum, utimur style cuiusque curiæ: & spectato iure Canonico dilationes omnes sunt arbitrariæ, non quia Iudex eas denegare possit (nam si eas denegaret appellacione locus esset) sed quia, ut dictum est, eas pro varietate circumstantiarum, terminos earum prorogando, moderari potest, *cap. cum sit Romana. de appell.* **DIXI** secundò, & tertio vocandus est. nisi Iudex unâ citatione peremptoria

ptoriâ pro tribus uti malit, prout illi integrum est. *per cap: cum ex literis. de restitut in integr: cap. cum dilecti. & cap. ult. de dolo. l. 2. l. contumacia ff. de re jud: Panorm: in cit. cap. 1. & ult: & ibid: Gl: h. t. LIMITA* quando citatio fit ad eum duntaxat finem, ut inducatur contumacia judicialis. *ut in cap: ult. h. t. nam sec<sup>o</sup> est in causis quibusdam gravioribus, ad privationem alicuius beneficii vel officii tendentibus: nam in huiusmodi non sufficit una pro tribus citatio, sed distinctis edictis opus erit, si de iure trina citatio exigatur. Panor. & Joan. Andr: in cap. ex tua. de Clericis non resid:*

2. Probatoria dilatio est, quæ lite contestatâ & juramento calumniæ præstito, actori ad suam intentionem, & reo ad exceptionem suam probandam conceditur. *cap. 1. h. t. Et hæc omnis etiam prima, in causis civilibus est regulariter peremptoria, etiamsi non adjiciatur hæc vox peremptoriæ l. Titia scio. §. 1 ff de leg: Marant: p. 6. h. t. Unde nõ nisi semel dari potest in singulis iudicii actibus, singulisq; negotiis emergentibus. l. fin: in princ. ff. de ferijs. l. orat: eod. tamen autem dilationes omnes, ut supra dictum,*